

## Horaz, Ode 4,12

Ein heiteres Frühlingsgedicht, das auf den zweiten Blick gar nicht so frühlingshaft heiter ist. Worum geht es im Leben? Um Geschäfte? Um den Feierabend danach?

Iam veris<sup>1</sup> comites, quae mare temperant,<sup>2</sup>  
impellunt animae lintea<sup>3</sup> Thraciae,<sup>a</sup>  
iam nec prata rigent<sup>4</sup> nec fluvii strepunt<sup>5</sup>  
hiberna nive<sup>6</sup> turgidi.<sup>7</sup>

Nidum<sup>8</sup> ponit Ityn<sup>b</sup> flebiliter gemens  
infelix avis et Cecropiae<sup>c</sup> domus  
aeternum opprobrium,<sup>9</sup> quod<sup>10</sup> male barbaras  
regum est ulta<sup>11</sup> libidines.

Dicunt<sup>12</sup> in tenero gramine<sup>13</sup> pinguium<sup>14</sup>  
custodes ovium carmina fistula<sup>12</sup>  
delectantque deum, cui pecus et nigri  
colles Arcadiae<sup>d</sup> placent.

Adduxere<sup>15</sup> sitim<sup>16</sup> tempora, Vergili;  
sed pressum Calibus<sup>e</sup> ducere<sup>17</sup> Liberum<sup>18</sup>  
si gestis,<sup>19</sup> iuvenum nobilium cliens,  
nardo<sup>f</sup> vina merebere.<sup>20</sup>

Nardi parvus onyx<sup>21</sup> eliciet<sup>22</sup> cadum,<sup>23</sup>  
qui nunc Sulpiciis<sup>24</sup> accubat<sup>25</sup> horreis,<sup>26</sup>  
spes donare novas largus<sup>27</sup> amaraque  
curarum<sup>28</sup> eluere efficax.<sup>29</sup>

<sup>1</sup> **ver**, veris, n.: der Frühling

<sup>2</sup> **temperare**: mäßigen

<sup>3</sup> **lintea**, -orum, n.: Segel

<sup>4</sup> **rigere 2**, rigui: (vor Kälte) starren, starr sein

<sup>5</sup> **strepere 3**, strepui, strepitum: rauschen, tosen

<sup>6</sup> **nix**, nivis, f.: Schnee

<sup>7</sup> **turgidus**, a, um: angeschwollen

<sup>8</sup> **nidus**, i, m.: Nest

<sup>9</sup> **opprobrium**, i, n.: Schande

<sup>10</sup> **quod**: weil

<sup>11</sup> **ulcisci 3** ulciscor, ultus sum: rächen

<sup>12</sup> **dicere fistula**: zur Flöte singen

<sup>13</sup> **gramen**, -inis, n.: Gras

<sup>14</sup> **pinguis**, e: fett, dick

<sup>15</sup> **adduxere** = adduxerunt

<sup>16</sup> **sitis**, -is, f.: Durst

<sup>17</sup> **ducere hier**: trinken

<sup>18</sup> **Liber**, -i, m.: Wein

<sup>19</sup> **gestire 4**: sehr wünschen

<sup>20</sup> **merebere** = mereberis; **mereri 2** mereor, meritus sum: verdienen, erwerben

<sup>21</sup> **onyx**, onychis, m.: Alabasterfläschchen

<sup>22</sup> **elicere 3M** elicio, elicui, elicium: herauslocken

<sup>23</sup> **cadus**, i, m.: Krug

<sup>24</sup> **Sulpiciis** des Sulpucius

<sup>25</sup> **accubare**: sich befinden

<sup>26</sup> **horreum**, -i, n.: Speicher, Lager

<sup>27</sup> **largus**, a, um: großzügig, freigebig

<sup>28</sup> **amara curarum**: bitterer Kummer

<sup>29</sup> **efficax**, -acis: wirkungsvoll

Ad quae si properas gaudia, cum tua  
velox merce<sup>30</sup> veni: non ego te meis  
immunem<sup>31</sup> meditor<sup>32</sup> tingere<sup>33</sup> poculis,  
plena dives ut in domo.

<sup>30</sup> **merx**, mercis, f.: Ware

<sup>31</sup> **immunis**, e: frei von (Gegen-)Leistungen

<sup>32</sup> **non meditor** (+ Inf.): ich denke nicht daran, ...

<sup>33</sup> **tingere 3** tingo, tinxī, tinctum: bewirten

Verum<sup>34</sup> pone moras et studium lucri<sup>35</sup>  
nigrorumque memor, dum licet, ignium<sup>g</sup>  
misce stultitiam consiliis brevem:  
dulce est desipere in loco.<sup>36</sup>

<sup>34</sup> **verum**: doch

<sup>35</sup> **lucrum**, i, n.: Gewinn

<sup>36</sup> **dulce est desipere in loco**: es ist befreiend an  
passender Stelle ein wenig verrückt zu sein

<sup>a</sup> **animae Thraciae** die thrakischen Winde – Thrakien gilt als Heimat der Winde

<sup>b</sup> **Ityn** Akkusativ von Itys, Sohn der Prokne; sie tötet ihren eigenen Sohn, um sich an ihrem Mann, der ihre Schwester vergewaltigt hatte, zu rächen, und verwandelt sich dann in eine Schwalbe (*infelix avis*)

<sup>c</sup> **Cecropius, a, um**: aus Athen; bezieht sich auf Proknes Herkunft

<sup>d</sup> **Arcadius, a, um**: Arkadisch, Arkadien steht für eine perfekte idyllische Landschaft

<sup>e</sup> **Cales, -ium, f.**: Stadt in Kampanien, die für ihren guten Wein berühmt war

<sup>f</sup> **nardus, i, f.**: Nardenöl, Duftöl; wurde in der Antike verwendet, um z.B. Leichen einzubalsamieren

<sup>g</sup> **nigrorum ignium**: schwarze Feuer lodern bei Leichenverbrennungen